

8. Sacramenta sunt Circumcisio, & Agnus paschalis, de quibus suo loco.

9. Locus sunt, vel Tabernaculum Templum.

10. Tabernaculum habebat tres partes: (1) Sanctum Sanctorum. (2) Sanctum exterius. (3) Atrium, *Exod. 40.*

11. Templum constabat similiter (1) Sancto Sanctorum. (2) Atrio Sacerdotum, & (3) Populi *1. Reg. 6.*

12. Tempus respicit festivitates.

13. Erant illæ (1) *Hebdomadariae*, ut Sabbathum, *Genes. 2. Exod. 31.* (2) *Menstruae*, *Num. 28, 11. Psal. 81, 4.* (3) *Anniversaria*, ut *Pascha. Exod. 12. 34. Pentecoste. Lev. 23. 15. Festum expiationis, Lev. 23. 27. Tubarum, Lev. 23. 24. Tabernaculorum, vers. 39. Collectæ. v. 36. Annus Sabbatharius, post 7. annos Exod. 23, 10. Lev. 25, 2. seq. Deut. 15, 2. Jubilæus, post 7. Sabbatharios, Lev. 25, 8. 9. seq.*

14. Leges privatae, respiciunt *cibum, Lev. 11. Esum & contactum, c. 17. & 19. Exod. 22. Vestes, Deut. 22. Sationem, ibid. Arationem, ibid. &c.*

Dicta Classica.

Colosf. 2, 16. 17.

Ne quis vos judicet in cibo, aut in potu aut in parte festi aut μή τις ὑμᾶς κρινέτω ἐν βρώσει, ἢ ἐν πόσει, ἢ ἐν μέρει ἑορτῆς ἢ novilunii aut Sabbathorum, quæ sunt umbra futurorum, verum νεμηνίας ἢ σαββάτων, ἃ ὄντι σκιά τῶν μελλόντων, τὸ δὲ corpus CHRISTI.

σῶμα τῆς Χρῆστῆς.

Ebr. 9. v. 10.

Cibi & potus & differentes lotiones & justificationes τὰ βρώματα καὶ πόματα καὶ λαφύργια βαπτισμοὶ καὶ διχρώματα carnis usq; ad tempus correctionis imposita (sunt) σαρκὸς μέρη καὶ διορθώσεως ἰπικείμνα.

Quæstiones.

I. An Sacrificia Abelis, Noe, &c. presupponant divinum mandatum? Ref. Disting. inter mandatum in V. Test. expressum & quod per solidas consequentias inde deduci potest. Posterius affirmandum, quia sacrificia illa Deo placuerunt, *Genes. 4, 4. 5. cap. 8, 20. 21, c. 15. 17. Heb.*

II, 12.